



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 110. Lovaniensis Facultatis Theologicæ responsum ad Episcopi Gandavensis epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. „quo earum iudicium gratum quoque
A. C. 1656 „erit intelligere: & non solum mihi,
 „sed & fidelibus universis singulare be-
 „neficio præstabant. Deus sacrum
 „vestrum cætum Ecclesiæ & Reipublicæ
 „Christianæ diutissime servet, quod æ-
 „mitus vovet, & precatur. *Inferius*
 „habebatur: Admodum Reverendam
 „& Eximiarum Dominationum vestro-
 „rum humilis servus. Signabat Anto-
 „nius Episcopus Gandavensis. Gandavi
 „nona Aprilis. Anno post Christum na-
 „tum millesimo sexcentesimo quinqu-
 „agesimo septimo.

§. CX.

*Lovaniensis Facultatis Theologicae re-
 sponsum ad Episcopi Gandaven-
 sis epistolam.*

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 284.*

Huic Episcopi Gandavensis petitioni
 Facultas Theologica Lovaniensis
 libentissime deferens, eodem anno die
 quinta Maji sequens dedit responsum

*Illustrissime ac Reverendissime
 Domine,*

„Quandoquidem Illustrissimæ Gratiæ
 „Vestræ pro pio & sancto illo Zelo, qui
 „gregi sibi commisso, diu noctuque sol-
 „licite (uti Præsul & Pastor bonus)

„invigilat, nostrum iudicium exposcere **Sæc. XVII.**
 „placuerit super suspectis quibusdam, **A. C. 1656.**
 „quæ in Diœcesi sua invehi incipiunt,
 „dogmatibus: nolentes vel officio nostro,
 „vel observantiæ, quam Illustrissimæ
 „Gratiæ Vestræ debemus, deesse, ea-
 „dem ista dogmata attente, & iteratis
 „sæpe vicibus, tam Collegialiter quam
 „seorsim ante pro materiæ gravitate
 „perpendimus & examinavimus, ac
 „deprehendimus (uti schedæ hisce
 „junctæ indicabunt) quod tantopere
 „ab orthodoxis Doctrinæ Christianæ
 „principiis exorbitent, tamque latam
 „portam varii generis vitiis aperiant,
 „ut omnes in ea unanimiter simus sen-
 „tentia, Præsulum Ecclesiæ esse illa
 „tanquam salutari Christi doctrinæ dis-
 „sentanea profligare, & a Diœcesibus
 „suis omni convenientiori, quo id ex-
 „pedire judicaverint, modo eliminare:
 „recurrendo etiam in istum finem ad
 „Sanctam Sedem, eique supplicando,
 „ut & ipsa manum salutarem huic tam
 „pernicioso utrique Reipublicæ malo
 „adhibere dignetur. Neque enim du-
 „bitare de ea possumus, quin visa enor-
 „mitate, potestate sibi a Domino in
 „ædificationem concessa, usura sit, &
 „ne illud pestilenti suo afflatu latius in
 „Ecclesia, pretioso Christi sanguine
 „redempta, proserpat, efficaciter præ-
 „pedi-

Sæc. XVII. „peditura. Interea preces nostras apud
 A. C. 1656. „D. O. M. enixe interponemus, ut
 „lustrissimæ suæ Gratix in adulto hoc
 „senio renovari faciat ut aquilæ juven
 „tutem suam, eamque Ecclesiæ & co
 „bis multis adhuc annis sospitem co
 „serves & incolumem. „

§. CXI.

*Propositiones a Facultate Theologica
 Lovaniensi censuris notatæ.*

Huic suæ epistolæ Lovaniensis Facultatis Doctores subjunxerunt viginti sex doctrinæ moralis propositiones quas ipsi ad præfati Episcopi preces futuro examine discussas, sequentibus perstrinxere censuris.

Propositio I. licitum est quæere de recte occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, aut temporali, nostro vel proximi.

Censura. *Falsa, temeraria, permissiva, atque ab auditu fidelium procul arcedanda assertio.*

II. Nemo tenetur occasionem proximam peccati vitare cum magno detrimento. Unde nec concubinaris tenetur dimittere concubinam, quæ ipsi nimis utilis est ad lucrandum bonis temporalia, media negotiatione, vel etiam ad oblectamentum concubinaris vulgæ